

ff. de iure immunit. & l. vacatio. ff. de mune. & honor. Et eandem sententiam apertius probavit Barba. in consil. 44. col. 3. lib. 2. cum quo in eodemmet casu respondit, & Socius Senior in consil. 84. num. 7. & num. 9. versu. postremo adhuc lib. 3. qui dixerunt privilegium immunitatis concessum familiae, transire ad omnes posteros ex familia.

24 Septimus est casus, quando concessio facta fuit C. i. utati, vel loco, sicque uniuersitati. Hoc casu præsumitur realis, ita Dynes in d. cap. privilegium, num. 7. de regul. iuris. in 6. Bar. in l. vlt. num. 5. ff. de seruit. leg. Baldus in l. omnia, in princ. C. de Episc. & cler. Anch. in consilio 327. col. 2. ver. 1. namque. Aret. in cap. nullus de foro cōpeten. Roman. in consil. 80. Decius in l. in omnibus causis, num. 16. & in l. qui in ius dominiumque, num. 2. ff. de regul. iuris. Bellon. in consil. 20. nu. 9. & Zalius lib. 2. singu. respon. cap. 4. in fin. Crau. in consil. 929. num. 4. post Oldrad. in consil. 257. nu. 1. & post Baldum in consil. 202. lib. 2. Natta in consil. 163. & 164. in consil. 627. num. 12. & 13. & egregie Marinus Freccia in tractatu de subfeudis, in lib. 2. titu. de auctoritate Baro. & in cap. Doctores scribunt, ver. Comes creatur, num. 47. Qui quidem scripsit, titulum dignitatis concessum ciuitati, vt si erigat in Comitatum, vel Ducatum, concessio dicitur realis. Qua de re latè d. serui in cōf. 835. reddito pro Marinis. Et ij quidem adducti sunt ex l. forma. §. quamquam. ff. de censibus. Et ratione illa, quod eadem sit semper C. i. utas, idem populus, eadem uniuersitas, l. proponebatur. ff. de iud. & pulchrè scribit Ale. ab Ale. li. 3. dier. geni. cap. 1. & hos secutus sum in consil. 276. nu. 8.

25 Octauus est casus, quando concessio facta fuit rebus ipsis, non autem personæ. Hoc in casu præsumitur realis. Dyn. in d. c. privilegium, num. 6. de regul. iuris. in 6. Alex. in consil. 192. lib. 2. Ias. in consil. 89. colum. 1. versu. 3. facit. & col. 2. versu. 4. ita lib. 3. Dec. in l. in omnibus causis, num. 15. de regul. iuris. Nat. consil. 627. nu. 12. Crau. consil. 590. nu. 1. & Barfa. in consil. 30. num. 5. lib. 1. Qui ob id affirmant concessionem hanc transire ad eum, ad quem transeunt & ipsæ res, l. via. §. quæcunque. ff. de seruit. rusti. præd. l. si aquæ ductus. ff. de contrahend. empt. & l. atatem. §. rebus. ff. de censib.

27 Nonus est casus, quando concessio facta fuit causæ, utputa causæ depositi, mutui, vel simili. Hoc casu privilegium præsumitur reale. Din. in d. c. privilegium. in fi. de regul. iuris. in 6. Ias. in l. tempus. col. 1. ff. de re iud. Dec. in l. in omnibus causis, n. 14. de regul. iuris. Et probat tex. apertus in l. priu. ff. de regul. iuris. Et confirmantur prædicta auctoritate Bar. in consil. 355. præmittendum est, lib. 1. cum respondit, quod concessio, & privilegium concessum memorizæ, & nobilitati, sicque causæ, præsumitur reale, & ideo ad hæredes transit. Et Baldum secutus est Alc. in resp. 23. nu. 20. sic etiam quando ob aliquam causam ali quid conceditur, præsumitur concessio realis. Cra. consil. 929. nu. 1.

29 Decimus est casus, quando sumus in dubio, f. cui facta sit concessio, an personæ, vel causæ, vel rei. Hoc in casu præsumi realem scripserunt Oldr. in consil. 257. num. 2. Bald. in consil. 159. super eo, quod queritur, col. 2. versu. ite quia realis, lib. 3. & in l. apud Iulianum. §. si quis alicui, de leg. 1. Anch. in consil. 327. numer. 3. qui alios refert, & copiosè Alex. in l. quia tale, numer. 2. ff. soluto matrim. & egregie Ias. in consil. 217. colum. 1. versu. secundo quia, lib. 2. Dec. in consil. 51. colum. 2. & in consil. 262. nu. 5. vbi de concessione immunitatis, idem respondit Bellon. in consil. 20. num. 8. Qui tamen num. 9. versu. præterea, scripsit, ad coniecturas f. recurrendum esse, & idem affirmant Natt. in consil. 164. num. 21. Alba in consil. 64. num. 72. & Crauet. in consil. 929. num. 5. Palaez de maioratu, parte 4. quæst. 11.

Primo coniectura sumitur à qualitate ipsius concessio-

nis, si est f. privilegium Principis, præsumitur realis, ipsa concessio ita sensit Bart. in l. vlt. nu. 4. ff. de seruitute leg. & apertius Franc. in cap. privilegium, col. 1. de regul. iuris. in 6. Bellamer. in consil. 3. colum. 8. versu. secunda conclusio. Alexand. in l. quia tale, nu. 2. ff. sol. matrim. & in cōf. 193. num. 3. lib. 2. Dec. in l. in omnibus causis, num. 3. de regul. iuris. & in consil. 262. col. vlt. versu. secundo responde-tur. Alba in consil. 64. num. 72. Natta in consil. 627. nu. 18. & 164. num. 5. & num. 15. & nu. 28. Alc. in respon. 203. num. 4. & Crauet. in consil. 404. nu. 3. & ibi num. 4. exten-dit etiam, quando nomen proprium Principis fuit pro-positum. Cū autem est beneficium concessum ab f. infe-riore à Principe, præsumitur personalis concessio. Alciat. in respon. 202. num. 15. Verum aliter distinguit Bart. in dic. l. vlt. n. 7. ff. de seruit. lega. qua de re statim dicemus.

Secundo sumitur coniectura à qualitate actus facien-tis, & exequendi, f. Si conceditur factum indetermina-tum, concessio est personalis, vt dixi supra in primo ca-su, in quarto signo. Si verò est determinatum, f. concessio præsumitur realis, ita Bart. in d. l. vlt. nu. 7. ff. de serui-lega. Natta in consil. 164. num. 23. Non enim tunc electa est industria personæ, vt dixi supra in præcedenti libro, præsumptio. 2. 1.

Tercio sumitur coniectura à qualitate seu natura ip-sius rei concessæ, vt si conceditur res, quæ sui natura non est transitoria ad hæredes, concessio f. personalis est, si-cuti quando conceditur immunitas, quæ non transit ad alios successores, ita Alciat. in respon. 203. num. 17. & Bero. in consil. 153. nu. 7. lib. 3. atque à subiecta materia Abbas in consil. 93. col. 2. lib. 2. & Crauet. consil. 404. nu. 1. & consil. 929. num. 3.

36 Quarto sumitur coniectura ab f. obseruatiã. Ita Dec. in consil. 262. num. 5. versu. accedit ulterius, qui respondit, concessio em ducendi f. a quam, præsumi realem ob id, quod multos annos continuata sit in hæredes eius, cui facta fuerat ipsa concessio. Hanc tamen coniecturam intelligit Alciat. in d. resp. 203. num. 31. procedere in eo, qui sciens est facti, vt in persona priuata, secus in uniuersitate, quæ quotannis solet mutari, & propterea in ea 38 præsumitur ignorantia, & consequenter f. obseruatiã nil operatur, & accedit, quod possessio vel quasi possessio arguit concessioem realem esse. Ita gl. in c. cum venis-sent, in verb. inchoatum, de insti. & ibi. Dd.

Quinto coniectura ducitur à qualitate verborum exp-ressorum in ipsa concessione, vt si dictum est, concedi-mus Caio in perpetuum. Ita Ancharan. in consil. 327. colum. 2. versu. secundo principaliter, Socin. Spec. in consil. 84. num. 4. lib. 3. & cum eo de eadem facti specie consul-tus, respondit Barbat. in consil. 44. colum. 2. lib. 2. vbi la-tissime comprobatur.

Cæterum dissentit Alcia. in d. resp. 203. num. 25. qui dixit, verbum hoc, in perpetuum, f. intelligi secundum subiectam materiam, & ob id potest intelligi durante vi-ta eius, cui facta fuit concessio, iuxta l. 1. ff. pro soc. vbi glo. & alia refert Alcia.

Verum responderet secundum Soc. in dic. consil. 84. num. 4. quod in hac materia, f. perpetuum illud proprie dicitur, quod non est personale, sed reale, & quod tran-sit cum ipsis rebus ad hæredes, & successores. Id quod ille multis probat. Et subiungit Socin. ibi. n. 6. hoc maxi-mè procedere, quando alia verba adiecta sunt, quæ si gōi-ficarent hoc perpetuum debere intelligi, vt sit realis ip-sa concessio.

Sexto coniectura sumitur etiã aliqñ ab aliquo extrin-41 seco f. accidenti ex verbis significato, utputa, si dictu, & mandatu fuisset, quod ex libro ælimi, & catastro extra-heretur, atque cancellaretur nomen, & estimu huius, cui facta fuit concessio. Nã tunc præsumitur, q. concessio fa-cta, esse debet perpetua, ita Alci. in respon. 203. n. 9. ver-tum quia. Qui tamè n. 23. versu. nõ obstat quod declarat, nisi

nisi ita adesse coniectura, vt quia liber ælimi consue- uent mutari certis temporibus, hanc coniecturam con-firmat alia similis considerata à Socino Sen. in consil. 84. num. 9. in fi. versu. secunda ratio est, lib. 3. Cum dixit quid si mandatum fuit, concessioem illam debere regitari in actis publicis. Nam hoc significat (ait Socin.) quod concessio perpetua esse debeat, atq. ita realis, & ad hæ-redes transitoria.

Septimo sumitur coniectura quãdo ob qualitatè per-42 longè, cui facta fuit concessio, illa redderetur penè inu-tilis, si intelligeretur personalis, vt puta quando fuisset facta iam seni. Nam tunc præsumitur realis, vt respondit Soc. Sen. in d. consil. 84. n. 10. versu. 3. ratio multum, lib. 3.

43 Octauo sumitur coniectura à reciproca f. promissione, vt si uniuersitas concedit immunitatè alicui, qui se obli-gauit tueri ipsam communiatem, quemadmodum ex parte ipsius uniuersitatis promissio est realis, cum com-munitas nunquam moriatur, l. proponebatur. ff. de iud. Ita etiam ex parte eius, cui concessio fuit ipsa immuni-tas, dicitur realis, sic in specie respondit Anch. in consil. 327. col. 2. versu. nanque.

44 Nonò sumitur coniectura ex eo, quod f. facta cõces-sio etiam pro successoribus, ita Bal. in consil. 159. super eo quod queritur, col. 2. lib. 3. & Crau. in consil. 404. n. 5. Decimo, quando facta fuit concessio officio, & digni-tati, præsumitur realis. Crau. consil. 929. n. 2. & nu. 34. de-clarat Bald. vbi supra.

Vndecimo, quando Princeps sæpius concessioem ip-sam confirmauit, ita Bald. in d. consil. 159. colum. 2. versu. item dictus contractus, lib. 3. Barfat. in consil. 30. num. 8. lib. 1.

Duodecimo, quando dictum fuit, pro se, & quib. de-derit. Ita Crau. in consil. 590. n. 2.

Ex prædictis intelligimus magnum esse huius tracta-45 tionis effectum. Nam si concessio realis est, ad hæredes, & successores omnes transit, si verò est personalis, non transit, vt supra diximus ex l. 1. §. personis. ff. de iure im-mun. & l. sordidorum. C. de excusat. muner. & respondit Soc. Sen. in consil. 50. num. 2. & in consil. 116. nu. 10. li. 1. Ias. in l. si sic stipulatus, la 2. num. 10. de verb. obli. Est & alius effectus, quod quando concessio est realis, extendi-tur f. de persona ad personam, non autem quando est personalis. Rom. in consil. 246. nu. 4. Alex. in consil. 114. n. 4. lib. 4. Ias. in l. non tantum, n. 7. ff. de re iud. Dec. in l. in omnibus causis, n. 6. & num. 7. ff. de regul. iuris. & Crau. in consil. 239. n. 4. & rursus transit ad colonos, dixi in consil. 276. n. 7. vbi copiosè differat.

**Emptionis, & venditionis, vel locationis, & cõductio-nis contractus an præsumatur, cum Princeps, vel uniuersitas, aliquam vectigalium exactio-nem alicui certo pretio concedit?**

**S Y M M A R I U M.**

1 Vectigalium exactioe concessa alicui certo pretio à Principe, Ciuitate, aut uniuersitate, non expresso contractus nomine, in dubio præsumitur locatio.

Idque multo magis, si contrahentes verbo locationis vsi fuerint num. 2.

Et maxime si unum certum pretium, pro omnibus annis præ-standum fuerit constitutum, n. 4.

Et quid, si pretium in singulos annos soluendum fuerit constitu-tum, n. 6.

3 Sermonis à proprietate non recedendum.

5 Vectigalium conductor non fructus percipiendos, sed spem fru-ctuum percipiendorum videtur conduxisse.

7 Locationem dici, vbi pretium annuum, vel mensurum consti-tuitur, an verum sit.

8 Glossa auctoritas probabilis, non necessaria.

9 Locationis in contractu, mercedis remissionem fieri, & qua de causa, num. 15.

10 Locatio, & emptio eisdem regulis censentur.

11 Superficiario pensionis remissionem fieri, ob superficiei ruinam.

12 Interpretatio benignior accipienda, & qua illa sit in conductio-ne vectigalium, num. 13.

14 Retis iactum emens, si nil expiscatum sit, non conueniri potest.

16 Contrahentes secundum naturam contractus, contrahere præsu-muntur.

17 Emptionis contractus, mercedis remissionem non admittit.

18 Emptionis natura, & substantia est, vt dominium transfe-ratur.

19 Vectigalium in conductorem, dominium vitale transire.

20 Vectigalium in conductione duo considerari.

21 Fructus rei vendi posse.

22 Pretium vbi singulis annis soluitur, non videri dominum ali-quod ius transire voluisse.

23 Locationem prædiorum leges censent, cum merces constituitur in singulos annos.

24 Coniecturam vnã tolli alia contraria.

25 Vectigalium exactioe certo pretio concessa, quod emptio sit, alia est opinio.

Idque etiam si ab initio unicum sit constitutum pretium, & di-stributio deinde facta in annos singulos, nu. 39.

26 Contractus talis creditur, qualem demonstrat verborum pro-prietatis.

27 Contractus qualis sit, dispositionis tenor ostendit.

28 Contractus naturam potius, & materiam subiectam spectari, quam verborum sonum.

Id autem quando verum sit, nu. 31.

29 Materiam subiectam ad recognoscendum actum potissimum præbere indicium.

30 Emphyteusis contractum, etsi contrahentes appellent, quando amen censetur venditio.

32 Mens disponentis potius, quam verba attenditur, vbi illa cer-ta est.

33 Pretij facta mentione in contractu, emptionem, & venditio-nem præsumi.

34 Pretium, emptionis, & venditionis substantia est.

35 Pretij, verbum, quando pro mercede possit exponi.

36 Impropriatio duplicata iure non recipitur.

37 Emptionis, & venditionis natura est, vt dominium transfe-ratur.

38 Emptionis, & venditionis, contractus censetur, in quo quid principaliter dari promittitur, & fieri aliud in consequen-tiam.

10 Vectigalium aut gabellarum contractus, emptionis facta men-tione, certo pretio constituto, vt id semel numeretur, emptio præsumitur.

Quod procedit, etsi postea solutionis facta sit distributio in sin-gulos annos, num. 41.

Idem in emptione datij, cuius emptor commoditatem perci-piendi dicitur emisse, num. 42.

43 Vectigalium facta dicitur locatio, facta simul venditionis, & locationis mentione, præstationis autem distributione in an-nos vel menses facta.

Idem etiam si vnica sit præstatio pro toto tempore, nu. 44.

P R A E S V M P T. CIV.

**D**Vbia admodum est, etsi valde egregia, illa inter-pretum nostrorum disputatio, an præsumatur ini-tus contractus emptionis, & venditionis, vel locationis & conductionis, quando Princeps, vel Ciuitas, seu po-pulus aliquis, vectigalium exactioem alicui, certo con-stituto pretio concessit? Hanc disputationem petracla-runt Bart. in sua disput. 4. incip. Publicanus. Ripa in tra-cta. de peste, in tit. de priuileg. contra. num. 46. & Boer. in quæst. 249. nu. 10. & nu. 11. & alij plures, quos statim Tomus Primus. Ff 4 commemo-

comemora bo. Placet mihi ita distinguere, in multis fecurus Ripa traditionem.

Primus est casus, quando contrahentes non sunt vbi verbo emptionis, & venditionis, nec verbo, locationis, & conductionis, vtpote, si fuit dictum, communitas, seu Princeps concessit Caio gabellas vsque ad decem annos, pretio decem millium coronatorum singulo anno, Hoc in casu recepta est Doctorum opinio, hanc præsumi locationem, & conductionem. Ita communem esse asseruit Ripa in d. tit. de priuil. contract. num. 54. & cum eo Boer. in d. q. 249. n. 11. ver. 1. casus, qui testatur esse communem opinionem.

Secundus est casus, quando contrahentes vsi sunt verbo locationis, & conductionis, vtpote, si dictum fuit, quod Princeps locauit Caio gabellas ad decem annos pretio decem millium coronatorum singulo anno, Hoc etiam in casu a fortiori præsumitur, atque censetur locatio, & conductione. Et communem hanc esse opinionem asseruit Ripa in d. tit. de priuil. contract. num. 55. & cum eo Boer. in d. q. 249. n. 11. ver. secundus casus est. Ea est manifesta ratio, quia si in dubio præsumitur locatio, cum scilicet locationis mentio non est facta, vt superiore casu diximus, multo magis, quando fuit adiectum verbum locationis. Et præterea à sermonis proprietate non est recedendum, l. non aliter, de leg. 3. & multis infra comprobabimus. Dum ergo locationis verbo vsi sint contrahentes, hanc locationem esse significarunt.

Extenditur hic casus, vt locum etiam habeat, quando constitutum fuit vnicum certum pretium, præstatum pro omnibus annis, vel etiam si facta sit concessio pro vno anno. Nam, & tunc ob verbum, locationis, quo contrahentes vsi sunt, præsumitur adhuc contractus locationis. Ita censuit Ripa in d. tit. de priuilegijs contractuum, nu. 55. ver. & hoc intelligo. Quo in loco censuit ita sensisse Castr. in l. cotem ferro. §. qui maximos. n. 4. ff. de public. & vectig. & in l. 2. §. adeo. ff. locati. et si ipse Castr. in d. §. adeo. nil hac de re dixerit.

Nec repugnat auctoritates Baldi in l. si ea leg. n. 4. C. de vltis, quia, vt recte etiam animaduertit Ripa præcato in loco, concedit Bald. hunc esse contractum locationis, sed ait, quod hoc in casu non fit remissio mercedis, huic locatori, si fructus aliquos non percepit, cum hic conductor non censetur conduxisse fructus percipiendos, sed spem fructuum percipiendorum, atque ita casum, aduersamque fortunam conduxisse videtur. l. nec emptio ff. de contrahen. emp. Et hac ratione vsus etiam est Bald. in l. licet. q. 3. C. locat.

Tertius est casus, quando contrahentes vsi quidem sunt verbo emptionis, & venditionis, sed tamen in singulos annos pretium constituerunt, vtpote si dictum fuit, quod Princeps vendidit Caio gabellas ad decem annos, pretio decem millium coronatorum in singulos annos soluendas. Hoc sanè in casu recepta magis Doctorum opinio est, hunc esse locationis, & conductionis contractum. Hac in opinione fuerunt Bart. in d. l. cotem ferro. §. qui maximos. num. 2. ff. de public. & vectig. & copiosius in d. disp. 4. Publicanus. Castr. in d. §. qui maximos. Anch. in conf. 402. pluribus. num. 2. & in c. propter sterilitatem. de locat. Signor. in conf. 22. nu. 12. Imola in col. 7. in princ. qui admittit veram esse Bartoli opinionem. Idem sensuit Aret. in conf. 55. nu. 3. & nu. 5. Hanc quoque probarunt Bertachin. in tract. de gabellis. in prima quæ secundæ partis principalis, col. 1. Sal. in l. 1. col. 3. verfic. vnum tamen. C. de iure emphyt. Alex. in confil. 3. col. 2. lib. 3. & apertius in conf. 108. lib. 3. Corn. in conf. 23. nu. 7. in conf. 3. nu. 9. & in conf. 128. n. 3. li. 2. idem in conf. 12. n. 2. lib. 4. Lud. Bolog. in conf. 54. col. pen. ver. aliud etiam inest. Socin. Sen. in conf. 88. col. 2. ver. pretium autem. l. 1. & in conf. 156. col. 1. lib. 2. Idem sensuit Fabia. de Monte in tract. de emp. & vend. q. 2. princ. n. 24. & hanc

esse communem sententiam, attestatus est Rip. in d. trac. de peste, in d. tit. de priuilegijs contractuum. n. 56. Eadem secuti sunt Soc. Iun. in conf. 68. num. 1. lib. 1. Tirag. de re tract. conlang. §. 32. in gl. 1. nu. 36. Boer. q. 249. col. vlt. Boff. in trac. caularum criminalium. in tit. de remissione mercedis publicanorum. num. 5. Et quanquam in foro, & iudicijs ab opinione hac temere recedere non liceat, attamen parum solida esse videntur argumenta penè omnia, quibus ij interpretes vsi sunt.

Primo ea ratione moti sunt, quod hic constitutum est pretium annuum, sicq. in singulos annos. Atqui vbi pretium in singulos annos, vel menses constituitur contractus locationis dicitur initus, non autem emptionis, & venditionis. Ergo hic contractus noster dicitur locationis, non autem venditionis. Illa minor probatur auctoritate glossæ in l. 1. in verbo alienationis. C. de iure emphy. quam glossæ traditionem secuti sunt Bar. & Iaf. nu. 23. qui alios plures commemorat.

Respondetur primò ex sententia Imolæ in dict. §. qui maximos. & Ripæ in d. trac. de peste, tit. de priuilegijs contractuum. num. 49. verum non esse quod dicitur locatio, vbi constituitur pretium annuum, vel mensurum, quia nil est, quod impediat, quin emi possit præceptio fructuum pro pluribus annis, licet solutio sit distributa in singulos annos. Cum ergo vendi possit, & conslet de mente contrahentium, ex verbis ab eis prolatis, debet iudicari emptio, non autem locatio. Nec obstat gloss. d. l. 1. C. de iure emphyt. quia illa procedit in dubio, & vbi contrahentes vsi non sunt verbo emptionis, & venditionis. Et in claris non est opus coniecturis, l. continuus. §. cum ita, de verb. oblig. Et hæc interpretationem sensuit gl. l. Pomponius, in verbo, amitti, l. 2. ff. quibus modis usufructus amitt. cum appellat venditionem fructuum factam pro decem annis in singulos annos. Præterea, & secundò respondetur gl. d. l. 1. C. de iure emphy. non probare, vel lege, vel ratione id quod asserit. Nam adducit tex. §. pretium, in l. In fit, de emp. & vend. & §. adeo. in l. In fit, de locato, quæ quidem iura nil penitus probant. Quocirca, etsi probabilis sit glossæ auctoritas, non tamen est necessaria, vt scribunt omnes in l. 1. ff. si certum petat. Et rursus ipsamet gl. aliter sensuit in d. l. Pompon. ff. quibus mod. usufructus amittit.

Secundò adfert Ripa in d. tit. de priuil. contractuum. n. 50. hoc argum. quæ ait à Barb. in d. disp. 4. per pensu. Hic contractus assimilatur contractui locationis, & secundò eius naturam debet regulari, Atqui in contractui locationis fit remissio mercedis. Ergo idè est dicendū hoc in casu.

Respondet ego huic argumento, omiffa responsione Ripæ. Dico itaq. hoc argumentum nil ad rem nostram facere. Nam nos non disputamus nunc, an fieri debeat hoc in casu remissio mercedis, vel nõ tāquam fit contractus ipse emptionis, vel locationis, atq. ita disputamus, an fit contractus ipse emptionis, vel locationis, atq. ita disputamus de cognoscenda ipsa qualitate ipsius contractus, qualis l. contractus sit. Et ex hoc rñdetur illi considerationi, quam ex eodem Bar. subiungit Ripa. quod, l. emptio, fit locatio eidem regulis regulantur. l. 2. in pr. ff. locati. Nam cum adhuc non sit certum, quæ species contractus hæc sit, sequitur dicendum, ad rem non facere considerationem hanc.

Tertiò mouetur Ripa in d. tit. de priuilegijs contractuum. nu. 52. post Bart. in d. disp. 4. ex l. inter quos. §. 11. damni. ff. de damno infecto. vbi superficiario fit propter ruinam superficiæ fit remissio pensionis. Et tamen esse potest, quod titulo emptionis esset superficiarius. Cum superfici. sita emi, sicut locari possit. l. 1. §. 1. ff. de superficiebus.

Respondet Ripa vbi supra nu. 52. ver. sic. sed tu. Ego quantum attinet ad rem hanc respondeo, vt dixi supra. Eadem responsione diluitur aliud argumentum, quod recenlet

recenlet Ripa vbi supra num. 53.

Quartò ad rem magis conferre videtur, quod in dubio recipienda est illa interpretatio, quæ benignior est. l. vlt. C. qui bonis cede. poss. qua adductus ita respondit Socin. sen. in conf. 25. col. 8. ver. nono probatur, lib. 1. & ego scripsi lib. 2. de arbitr. iud. & c. casu 199. nu. 6. Atqui benignior videtur esse hæc interpretatio, quod sit contractus locationis, ob id scilicet, quod remissio mercedis facile conceditur, fructibus non perceptis, vt in specie, considerat Ripa in d. tit. de priuilegijs contractuum, nu. 63. ver. sic. in super. Ergo hic contractus dici debet contractus locationis, & conductionis.

Respondetur retorquendo argumentum, quod benignior censeri debet interpretatio, quod remissio fieri nõ debet; cum hic nulla ad sit culpa communitatis, & Reipub. ob quam concedi debet remissio; Et ipsi Reipub. magis fauendum est, quam illi emptori, cum Resp. æquiparetur minori. l. pen. C. de iure Reipubl. lib. 10. Et quemadmodum is, qui emit iactant retis, conueni non potest, si nihil expiscatū erit. l. si iactum, ff. de act. empt. ita nec iste emptor redditū vectigalis. Et quemadmodum emptor ille pretium auxisset ipsi Reipubl. si multo plus solito perciperet, ita contra non meretur rescipi, si minus percipit, cum sit regula iuris nature, ad eum pertinere damnum, ad quem pertinet lucrū. l. secundum naturam, de reg. iur. Nec obstat quod in contractui locationis fiat remissio mercedis ob sterilitatem, cum tamen merces illa non augeatur ob magnam vberitatem; Nã facillè respondetur id contingere in locatione, quam certam esse præsupponimus, quia in locatione id statuit lex, & contrahentes cõsentunt contrahere secundum naturam contractus: Et propterea diuersum est in casu nostro, in quo dicimus esse contractum emptionis, & cuius natura non admittit mercedis remissionem.

Quintò vrgere non mediocriter videtur, quod emptionis, & venditionis natura, & substantia est, quod dominium rei venditæ transferatur, l. cum manu facta, §. vlt. ff. de contrah. emp. & §. item queritur. In fit, de loc. Atqui nostro in casu nullum est translatum dominium vectigalis. Ergo non dicitur contractus venditionis, sed potius locationis.

Respondetur primò, quod immò in hunc contractum venit cum Reipub. etiam conductor sit, semper fit transit vtile dominium. l. 1. §. 1. ff. de loco publ. frue. Bar. in l. 1. §. 1. de superficiebus. & Aret. in conf. 55. num. 3. in fi.

Respondetur secundò, quod in vectigali fit duo consideratur, nempe corpus ipsum vectigalis, & ipsius vectigalis fructus, seu redditus. Quoad dominium ipsius corporis vectigalis, est certum illud non esse translatum, cum dictum sit redditus venditus esse, non autem ipsum vectigal. Et hoc casu procedit argumentum. Quo verò ad dominium ipsorum reddituum, & fructuum, illud dici potest venditum, & translatum, cum, & fructus fit vendi possint. Clemen. 1. de rebus alien. non alien. & tradunt Bald. in l. 2. C. eod. & Fabian. de Monte in tract. de empr. quæ ff. 2. num. 28.

Sextò, ad rem maximè facere videtur hæc ratio, quod quando fit pretium soluitur singulis annis, non videtur dominus velle trāsferre aliquod ius, ad hoc, vt si ille cessabit in solutione mercedis, vel pretij possit expelli. leg. quarto, §. inter locatorem, ff. locati. & l. vectigalia, §. vlt. ff. de public. & vectig. sed diuersum est, quando vnicum pretium soluitur. Et idem videtur probari. l. item queritur. §. qui impleto. ff. locati. vbi in locatione prædiorum semper habetur respectus ad annuam præstationem. Ergo hic contractus non est emptionis, cuius natura est, vt dominium transferatur, vt diximus supra.

Respondetur argumentum, quidem demonstrare in contractui locationis esse rationem hæc eur dominium, seu aliquod ius non transferatur, vt scilicet conductor

deficiens in solutione expelli possit, sed tamen ex hoc ipso argumento non colligitur, quin idem fit remedium in casu fructuum singulorum annorum, qui dum in singulos annos venditur, & singulis annis solui debet pretium, si deficiat in solutione, possit repelli à perceptione aliorum fructuum subsequenium annorum. Et ille respectus, qui ratione quantitatis fructuum habetur in locatione ex præstatione pensionis, d. §. qui impleto. haberi etiam potest in contractui venditionis.

Septimò ad rem maximè videtur pertinere, quod regulariter leges loquentes de locatione fit prædiorum, loquuntur, cum merces constituitur in singulos annos. Ita l. item queritur. §. qui impleto. & l. si in lege. §. si domus. & §. seq. ff. locati. l. vectigalia. §. vlt. ff. de public. & vectigal. l. si à colono. & l. fideiussores. §. pro Aurelio. ff. de fideiuss. & l. licet. C. loca. Cum ergo nostro in casu solutio fieri debeat singulis annis ratione fructuum, & reddituum percipiendorum, dici debet hic contractus locationis, non autem venditionis.

Respondetur, quod licet hæc distributio solutionis in singulos annos coniecturam faciat hunc contractum esse locationis, vt loquuntur iura supra allegata. At tamè ab hac coniectura receditur ob clara verba apposita in contractui, dū appellatur venditio. Et in claris non est opus coniecturis, l. continuus, §. cum ita, de verb. obligat. Et præterea vna fit coniectura alteram tollit, & diluit. l. diuis ff. de integ. rest. & egregiè scribunt Bald. in rub. extra. de præsumpt. num. 1. Marfil. in l. 1. §. diuis, num. 28. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Soc. Iun. in confil. 76. num. 66. lib. 1. & Gram. in conf. 13. num. 7. Hic autem præter clarum verbum venditionis, adest verbum pretij, quod sui natura (vt diximus supra) facit validam coniecturam, contractum esse emptionis, & venditionis. Ergo diluitur huius argumenti coniectura ducta à distributione solutionis in singulos ann.

Contrariam itaque opinionem fit aduersus comunem probarunt aliqui magnæ quidem auctoritatis interpretes, nempe Roman. & Imol. in dict. l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publica. & vectig. Idem Imol. in c. propter sterilitatem. col. pen. de locato. Lud. Bolog. in additione. ad lo. de Anna. in conf. 74. col. vlt.

Primo itaque hæc opinio probatur, contrahentes vsi hic sunt verbo emptionis, & venditionis, quod verbum propriè significat ipsum contractum emptionis, & venditionis, vt clarum est. Atqui talis creditur esse fit contractus, qualem eum verborum proprietates significat. Ergo hic contractus dici debet emptionis, & venditionis. Illa minor probatur ex l. interest. ff. de solutio. ibi, quantum lectio probat. Huc facit q. egregiè scripsit Dec. in authen. ex testamento. col. 3. ver. sed certe. C. de collat. post Oldr. in conf. 159. quod si dubitatur an aliqua concessio sit feudum, vel donatio, verba concessionis inspicienda sunt. Nã si in ea dicitur, donatus, donatio est, quæ verba id sonant. Et aliud simile tradit ibi Decius, & idè alia plura attulit in conf. 208. col. 1. ver. postremo. & in conf. 468. col. 2. ver. sic. & ex his patet. Et hoc illud est, quod dicere solemus tenorem dispositionis fit ostendere qualis sit contractus, vt post alios scripserunt Curt. sen. in conf. 53. super art. col. 1. & latissime Tirag. in l. si vnquam in verbo libertis. nu. 8. & 9. C. de reuoc. donat.

Nec obstat consideratio, neque responsio Doctorum, qui communem opinionem defendunt, quod licet verba sonent in contractum emptionis, & venditionis, at tamen magis attendi debet natura fit contractus, sicque subiecta materia, quam verborum sonus, vt probant in specie l. si vno. ff. locati. & l. si olei. C. eo. & confert l. insulam. ff. de præscript. verbis. Et huc pertinet multa similia, quæ congerunt Decius in l. non vult hæres esse. num. 8. de reg. iur. in leg. qui accusare in sine. C. de edendo. & l. 3. num. 8. C. de iur. testam. Alc. lib. 2. de verb. signifi.